

## Alte Drucke

# Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chytræus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XIX.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)



gniffima, ὅν ἀλογίῳ ἐκάστω πᾶσιν ἡ ποιήσει. Nemo prospicere articulum temporis potest, quò moriturus est. Quare nos ipsos etiam hac cogitatione de vitæ nostræ incertitudine & subita morte singulis momentis imminente, ad veram pœnitentiam maturè & seriò & vero corde agendam, exuscitemus. Nam simulatam pœnitentiam, qualis fuit Pharaonis, Saulis & similibus, & omnem hypocrisin, Deus acerbissime odit & horribiliter punit. Huc postrema huius capitis concio pertinet: Si vis seruire Deo, facias ex animo, &c. In græca editione initio capitis extant hæc verba: ὁ ζῶν ἐς τὴν αἰῶνα ἐκτίσσει τὰ πάντα κοινῇ, quæ vetus translatio reddidit: Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Hinc ratiocinati sunt aliqui, & in his Augustinus, omnes res à Deo simul & semel eodem temporis momento, non intervallo sex dierum conditas esse. Significat autem κοινῇ, non simul tempore, sed communiter, generaliter, vniuersaliter, omnia sine vlla exceptione, à Deo condita esse. *Fili mi, cum largiris aliquid, noli munus deformare comicio.* Inserit præceptum de BENEFICENTIA ornanda comitate verborum, quod Socrates his verbis expressit, μὴ τὰς χάριτας ἀχαρίτως χαρίζεσθαι, & Paulus, Hilarem datorem diligit Deus. Inde enim nomen habet apud Græcos, χάρις à χαίρω, quod hilari & gaudente animo officia præstari debent. Inde & χάριτες, quæ præfunt beneficentiæ & gratitudini, nomina acceperunt, ὁ φροσύνη, ἀγλαία, θαλερία. & beneficium ab inuito datum simile est lapidoso pani. *Ipsè discè primum, antequam doceas alios.* Necessaria in communi vita virtus est DOCILITAS, discens primum eas artes, quas profiteri & exercere in vita instituit. Nam qui se pro medicis venditant, nec tamen artem medicam prius didicerunt, non medici sunt, sed impostores. In hanc sententiam Aristoteles dixit, Beatam fore hominum vitam, si artifices de artibus iudicarent. Sic & necessaria virtus est MODESTIA frenans superbiam, & peruersitatem iudicij, aliorum errata & nauos lynceis oculis cernentem, & acerbam de eis censuram agentem, proprios vero nauos & peccata non aspicientem, nec videntem manticae quod in tergo est. Lubent autem Syracides, Paulus & Salomon, primum vnumquemq; opus suum explorare, & suam infirmitatem & lapsus agnoscere, & emendare. Deinde in alios inquirere & censuram agere.

Docilitas.

## Caput XIX.

**N**OLI indulgere cupiditatibus tuis malis, sed defrauda genium. Nam si indulseris cupiditatibus tuis malis, ipse facies te ludibrium inimicis tuis. *Cave a sotiam, & ne assuefacias te ad belluationes, ne incidas in mendicitatis periculum, cum destituat te crumena, & cogaris à sceneratoribus accipere.* Operarius propensus ad pocula, non ditabitur. Et qui non etiam minuta comparcit, decrescit de die in diem. *Vinum & mulieres dementant sapientes, & qui adherent scortis, efferrantur & obbrutescunt, merces corum tinea.* *& ver-*

Afortia. Luxuria.

x d d d



& vermes, & exarescunt alijs in exemplum notabile. *Leui-* Stulta credu-  
litas.  
 tas est, nimium esse credulum, & qui patitur se falli, sibi ipsi infert  
 damnum. *Qui* latatur se posse belle scurrari, contemnetur. *Qui* Scurrilitas.  
 autem eiusmodi spermologos odit, cauebit à damno. Si quid de iniqua.  
 proximo audis mali, noli prodere, nihil tibi nocebit, si taceas, neq;  
 amico dicas. Noli proferre, si illasa conscientia tacere potes.  
 Nam homines quidem audiunt & attendunt, sed nihilominus  
 oderunt te. Si quid audisti, hoc abditum sit, & tecum sepeli-  
 atur, & habebis conscientiam quietam, neq; enim ideo venter  
 tibi disrumperetur. Stultus autem erumpit, non aliter atque  
 maturus fœtus. Cum verbum aliquod est in corde stulti, perim-  
 de est atque telum harens in femore. Eloquere primum proxi-  
 mo tuo, forsan id mali non fecit, vel si fecit, ut de cetero non faciat.  
 Conuenias ea causa proximum tuum, forsan id non est locutus, Candor.  
 aut si id est loquutus, ut de cetero non faciat. Alloquaris pri-  
 mum amicum tuum, sepe mendaciter traducuntur homines, non  
 ergo omnia credas, quæ audis, sepe excidit verbum hominibus  
 nihil acerbe affectis. Et quis est, cui non aliquando verbum pa-  
 rum attento excidat? Primum ergo alloquere amicum tu-  
 um, antequam tumultueris apud eum, & cogita de mandato  
 Dei. Timor Dei facit ut prudenter te geras in omnibus factis, &  
 præceptum Dei, ut sapienter agas in omnibus negotijs.

Dolus & calliditas, non est sapientis, & impiorum technæ, Discrimen  
veræ sapien-  
tiæ & verba-  
tix.  
 non sunt prudentia, sed omnia eiusmodi nihil sunt quàm malitia,  
 idolatria, mera fatuitas & insipientia. Melior est medio-  
 crius prudentia, coniuncta cum timore Dei, quàm excellens sapi-  
 entia, coniuncta cum prophanitate & contemptu Dei. Pleriq;  
 sunt ingeniosi, & tamen scelerati, noruntq; inuertere & miscere  
 negocia ut volunt. Hi norunt obstipito capite incedere & severo  
 vultu, & tamen dolus subest merus, incedit demisso vultu, & au-  
 ribus plus satis eruditus audit. Nisi observes eum attentus,  
 præuertet te incautum. Et licet non satis virium videatur ha-  
 bere ad nocendum, tamen cum suam occasionem & tempus capta-  
 rit, comprehendet te. Sepe in vultu notas cernas huius doli,  
 Et homo prudens, vel in gestibus hoc animaduertit. Nam vesti-  
 tus & incessus, & risus eiusmodi veteratoris, produnt ipsum.



Civ
Cupiditates.
Afortia.
Stulta credulitas.
 S Ex sententias continet. Prima, generalis admonitio est de frenandis cupiditatibus & affectibus cæco & temerario impetu contra iudicium mentis & legem Dei ruentibus, de quibus in IX. & X. præcepto dicitur, Non concupisces. & Crateris versus citatur, *περὶ τῆς δὲ κακῶν πάντων ἀπορίας ἐστὶ*. Cupiditas est primus fons omnium malorum, culpæ & pœnæ. *Cave afortiam, & ne assuefacias te ad helluaciones.* Secunda, Afortiam seu luxum & prodigalitatē, helluacionibus & libidinibus bona sua dilapidantem, prohibet. Nam, vt Aristoteles etiam in Ethicis inquit: *ἀσῶτοι κατακαζόμενοι γίνονται πένητες*, prodigi helluones exhausti scœnore fiunt pauperes. Et *ὄνθη καὶ φρονέοντες ἐς ἀφοσιώσεως καταβάλλει*, Vinum etiam ex sapientibus stultos facit. Hic tota doctrina de temperantia, Frugalitate, continentia, castitate & vicinis virtutibus ex enarratione VI. & VII. præcepti reperatur. Vocabulum *ἀσῶτος* deriuant à particula priuatiua *a*, & *σῶω*, seruo, qui sua seruare, & seruari ipse non potest. *Leuitas est, nimium esse credulum.* Tertia, stultam credulitatem improbat, quæ cum veritate & prudentia & candore pugnat. *σῶφρονος δὲ ἀπιστίας οὐκ ἐστὶ ἄδην ζησιμώτερον βροτοῖς*, Prudente diffidentia melius nihil mortalibus, iuxta Euripidem. & Epicharmus inquit: Neros atq; artus sapientiæ esse, Non temere credere. Nec pugnat hoc præceptum cum Pauli dicto: Caritas omnia credit, scilicet credenda, non est liuida, suspicax, maleuola, sed candidè de aliorum voluntatibus iudicat, donec probabili ratione potest. *Qui latatur se posse belle scurrari.* Quarta, Scurrilitatem improbat, cui opposita vitus est *VRBANITAS*, quæ sine scurrili virulentia aut vanitate ridicula, figuratè vel iocose vel falsè dictis tempestiuè alios admonet, reprehendit, vel delectat. Perinet ad VIII. Præceptum Decalogi. Scurram deducunt Grammatici à *σκῶρ* sterces, vnde *σκωραμῖς* matula, qua excrementorum fordes excipiuntur, & Scoria, feces metallorum. *Si quid de proximo audis mali.* Sequentes sententiæ octo de *CANDORE* & *ΕΠΙΕΛΚΕΙΑ* loquuntur, quæ silentio tegit aliorum delicta & nœuos, & non indulget maleuolentiæ, liuori, obtrectationi, maledicentiæ, calumnijs & vicinis vitijs, quæ cum V. & VIII. præcepto pugnant. *Dolus & calliditas non est sapientia.* VI. Discernit veram sapientiam, quæ est vera cognitio Dei, & gubernationis consiliorum & actionum vitæ, congruens cum voluntate & verbo Dei: à prophana calliditate & versutia, quæ est celeritas ingenij acutè cernens artes quærendi & tuendi potentiam, opes & alia commoda vel præfidia, & premendi vel lædendi alios: expers veræ pietatis & timoris Dei. Congruit cum Platonis Epitaphio: *Πῆσα θησιμήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀλλῆς ἀρετῆς, πανουργία ἔστιν ἡ Φαλαγγί.* & cum germanico Prouerbio: *Je gelerter / je verferter.* *ὅσα αἰ ἀρετῶν βλάπτει ψυχᾶριον, τοσῶτω πλείω κακὰ ἐργαζόμενον.* Quò acutius est ingenium (virtute non excultum) eò plura mala facit. In fine monet, Non tantum ex moribus, dictis & factis, verum etiam ex vultu & habitu seu vestitu, incessu & risu, de hominis ingenio iudicari posse. Seneca: Et qualis animo est, talis incessu venit.

## Caput XX.